

A quoq; elephantoru uenationes. Columnas insuper multis in locis statuit sua expeditionis testes. Peragauit autē & ceteras Asiac nationes. Per Hellepon tum in Europam transiens, Lycurgum in Thracia barbarorū regem sibi ob- sistentem peremit. Illi prouincia Maronem iam senem præfecit: qui adifica uit ciuitatem, quam à se Maroneam nominauit. Macedonem filium regem statuit eius prouincia, qua ab eo Macedonia dicta est. Triptolemum colen- dis Atticis agris præfecit. Deniq; cum orbem fermē circuisset, domesticis fru- gitibus excoluit hominum uitam. Si qua regio uitibus inepta esset, docuit ex hordeo potum fieri, haud multum uitorte gustuq; uino inferiorem. Cum in Aegyptum redisset, tulit dona secum à diuersis gentibus data. Quapropter pro magnitudine beneficiorum, & donatus immortalitate, & honores celestium est assecutus. Deinde cum ad deos ex hominibus esset translatus, & ho- nores illi & sacra ut maximo deorum ab Iride & Mercurio instituta sunt, mul- taq; ui mystica ad cultum addita, quibus eius dei potentiam ampliorem red- derent. Verū ex uetus sacerdotum arcanis qui Osiridis tempore fuerant, postea compertum est. Osiridem Aegypto iuste regnante, à Typhone fra- tre impio atq; nefario interemptum: quem ille in sex ac uiginti partes disse- cavit, cuilibet eorum qui secum tanti sceleris participes fuerant, partem de- dit, ueluti eius facinoris conscijs, & simul ut ipsos defensores custodesq; habe- ret regni fidos. Isis, fratri, eiusdemq; uiri morte auxilio filii (Orus ei nomen erat) ulta, Typhone, & qui caedis conscijs fuerant, interemptis, Aegypti re- gnū cepit. Commissa est pugna iuxta fluvium in parte Arabiae, quam An- taei appellant uicum. Quod nomen ex Antaei morte ab Hercule occisi Osiri- dis tempore sortitus est locus. Osiridis partes omnes dispersas, præter pudendā, cum inueniisset, cupiens incertum esse uiri sepulchrum, ab Aegyptiis au- tem ac singulis hominibus honorib; haberi, ex aromatis ac cera singulas eas partes in formam hominis uiro similem composuit. Conuocatis deinceps Aegypti sacerdotibus, singulis dedit Osiridis imagineri, asserens eis solis cor- pus illius creditum, atq; adiurans ut nunquam apud se esse sepulturam Osiri- dis ulli panderent: utq; illum in abditi seruatum, ut deum colerent: eiq; ani- mal ex suis, quod malent, dicarent: quod & colerent ueluti Osiridem, dum uiueret, & post obitum similiter ceremonia obseruarent. Ut autem maiori bene- ficio sacerdotes ad hac sibi promptiores faceret, tertiam eis agrorum partem ad deorum cultum & sacra concessit. Hi tum meritorum Osiridis memores, tum beneficio Iidis allecti, eius mandata perfecere: qua ex re etiam nunc sa- cerdos quilibet testatur, penes se Osiridem sepultum esse. Animantia quoq; à principio ei dicata in honore habent: & cum moriuntur, in eorum funere renouant Osiridis luctum. Tauros autem sacros, hunc quidem Apim, alterum Memphis nominatos sacrificant Osiridi: quos etiam ueluti deos Aegy- ptij omnes colunt. Hoc enim animali tritici inuentores multum adiutori se- ferunt, & ad serendum, & ad communem agrorum culturam. Iurasse autem Iis dicitur, uiro mortuo nulli se amplius nupturam. Iusto deinceps regnauit imperio, beneficijs in subditos reliquos omnes excedens. Post obitum uero immortalium honores consecuta est, sepultaq; apud Memphis in Vulcane luco: ubi usq; ad hoc tempus sepulchrum eius monstratur. Nonnulli horum deorum corpora non illis sita arbitrantur, sed in Aethiopia Aegypti mon- tibus, iuxta insulam quæ Nil portæ ab agro dij; sacro appelletur. Vestigia huius ostendunt, tum sepulchrum Osiridi constructum, atq; à sacerdotibus Aegyptiis in honore habitum: tum urnas trecentas sexaginta, quas quotidie lacræ replent sacerdotes ad id instituti, luctumq; renouant, Deos nomine uocantes. Hac de causa insula à transeuntibus aditū prohibetur. Apud The- baidis uero (quæ ciuitas antiquissima est omnium) incolas, maximum habe- tur iusurandum per Osiridem in nubibus existentem; omnibus Osiridis par- tibus,